


& Terentius, ac subinde Pacuvius, & Pacuvio jam sene Attius,  
clariorque tunc in poëmaticis eorum obtrectandis Lucilius, fuit.

*Servius Honoratus. in 1. Aeneidos.*

Sciendum est, Terentium propter solam proprietatem, omnibus Comicis esse propositum; quibus est, quantum ad cætera spectat, inferior.



## P O E T A R V M.

*Afranius in Compitalibus.*

**T**ERENTIO non similem dices quempiam:

*Porcius Poëta.*

Ipsus sublatis rebus ad summam inopiam redactus est  
Itaque è conspectu omnium abiit in Græciam terram ultimam.

Mortuus est in Stymphalo Arcadiæ opido. nil Publius  
Scipio profuit, nil ei Lælius, nil Furius.

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè.  
Eorum ille operâ ne domum quidem habuit conductitiam  
Saltem ut esset, quò referret obitum domini servulus.

*Ausonius in Protreptico ad Ausonium Nepotem de studio puerili.*

Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti  
Comis, & astricto percurris pulpita focco,  
Ad nova vix memorem diverbia coge senectam.

*Et Epistolâ ad Vrsulum.*

Protulit in scenam quod dramata fabellarum  
Arcadiæ medio qui jacet in gremio.

*Ovidius in Ibis.*

Comicus ut perijt liquidis dum nabat in undis

*Domitius de Terentio accepit vel Menandro Bapz. Egnatius de Eupolis  
de quo Suidas & Aristophanis Scholiastes Turnebus de Menandro lib.  
IX. Adversar. cap. XIX. Volcatius & L. Consentius apud Donatum, re-  
deuntem è Graciâ perijisse in mari Terentium dicunt, cum CVIII. Fabu-  
lis conversis à Menandro.*

*Hors.*